

trierimus, vel vindicare non valemus. Præfens hanc nostram offerfionem, & traditionem omnino perpetuabiliter, inviolabiliterque permaneat inconvulsa cum stipulatione subnixa, & pergamena cum atramentario de terra levavimus, nostram etiam paginam Gervino Notarius, & Judex sacri Palatii tradidimus, & scribere rogavimus, in qua etiam subtus confirmans testibus obtulimus roborandam.

Actum infra castro Vidifioni; feliciter.

Anselmus Marchio in hanc cartam offerfionis a nobis facta subscripsi, & eidem conjus mea consensu ut supra.

Signum | | manus suprascriptæ Gislæ quæ hanc cartam offerfionis fieri rogavit, & ei relecta est.

Signum | | suprascripti Wilielmi, & Riprandi germanis, qui hanc offerfionis cartam fieri rogaverunt, & eis relecta est — signum | | manus suprascripti Gaidaldi Comes, qui eadem Gislæ interrogavit, ut supra.

Signum | | | | Rotberti filii quondam Adelberti, & Guntoni filii quondam Walmani ambo lege viventes salica testes — signum | | | | | manuum Rotoni de Monticelo filius quondam Ildeprandi, & Ingelrami filius quondam Gausono, seu Gotesfredi de Launello filius quondam Astulfi, atque Amittoni filius quondam Aldoni de Xeritelingo testes F. Wilielmus Judex sacri Palatii rogatus subscripsi.

A. Peto Notarius S. Palatii rogatus subscripsi.

Ego, qui supra Gervinus Notarius, & Judex Sacri Palatii scriptor hujus offerfionis post tradita complevi, & dedi.

(1) Ex præclarissimo hoc monumento jam tuto possumus prima Montisferratensium Marchionum genealogica lineamenta texere hoc pacto.

Villelmus Comes

Aledramus Marchio = NN. = Gilberga.

Villelmus Anselmus 1. = Gislæ Otto 991.
* 961.

Villelmus Riprandus.

(2) Macingo, & Albareto, nomina regionum in territorio Pulcheradæ. (3) Nunc Visone.

(4) Nunc Ovrano trans Burmidam.

(5) Prasco. (6) Grogardo. (7) Morbello.

(8) Ponzone. (9) Turpino. (10) Pareto.

(11) Alice. (12) Hic error irrepsit, & Lintignani legendum puto. Etenim ex privilegio Alexandri III. Rolando Abbati hujus Monasterii concessio constat hoc Lintignani nonnullas possessiones obtinuisse, quas ipsi, & Monachis confirmat. Erat autem antiquum oppidum Alici finitimum, nunc dirutum, cujus tamen in chartis olim frequens mentio.

(13) Monbaldone ad levam Burmidæ.

(14) Rocca Ovrano a rivo Verano, vel Ovrano nuncupata, ut ab aliis hujus nominis distinguatur.

(15) Seirole. Inter hoc oppidum, & illud Rocchæ, vel in horum vicinis Nauli positionem, ac situm quærendum puto, non in civitate hujus nominis Epi-

scopali ad littus maritimum ad dominium Reip. Genuensæ pertinente.

(16) Masone, oppidum memoratum in diplomate Ottoniano Aledramo concessio, & a Durando Piem. Cisp. p. 190.

(17) Gabiasca vicus olim in territorio Cairi.

(18) Cofferia. (19) Tor d'Uffone.

(20) Lovesio parvum oppidum, olim juris Abbatie S. Quintini, ac postmodum mensæ Episcopalis Savonæ, cui monasterium illud fuit conjunctum, nunc ab Episcopo Gentili, Regi Sardinie concessum, Inter Turrin, & Leveso quærenda Ripalta.

(21) Jusvalla.

(22) Ex istis alia nota, alia obsoleta. Nota omnibus sequentia Bistagno, Melasso, Strevi, Sezze, Carpeneto, Ovada, Campale, Cassine. Obsoleta, Cugnaxio cujus situs inter Meladium, & Plaxanum. Plaxani frequens mentio in chartis Archivii Canoniorum Aquensium ob decimas, quarum ibi percipiendarum illis jus erat. Erat autem vicus in territorio Pedraschi prope monasterium Latronorii inter Mursasum, & Visonem. Sambalaxo prope Plaxanum, cujus rei argumentum suppeditat charta an. 1247., in qua Rufinus Berellus testatur in curia Sanbanaschi (quod Omoninum puto cum Sanbalascho) adesse notitiam de decimis Plaxani. Montigio Vicus in territorio Cremolini ex charta an. 1477. Archivii Episcopalis. In ea enim sit mentio cujusdam regionis illius oppidi dictæ de Montegio. Bibiano inter Cremolinum, & Campale.

Capanianum, & Artonto videntur Jusvallam, ac Spignum versus quærenda esse. Montexello, plures in chartis agri Aquensis invenire est hujus nominis regiones, quippe qui totus pene monticulosus est. Sine, numquid forte illa erit curtis, in qua Berengarius an. 916. diploma concessit a Margarino vulgatum, & a Muratorio memoratum ad hunc annum cum hac data: actum curte Sina? In finibus Mombaldoni Spignum versus in via S. Ambrosii adest Vicus Fine nuncupatus. Per hæc loca, via Aemilia ad vada Sabbatia recta quasi ducebat.

(23) Ritus iste ex lege Salica proficiscebatur, ut patet ex donatione D. Immillæ ducissæ sororis D. Adelaidæ comitissæ Segusie Monasterio S. Petri de Musinasco an. 1078. ubi hæc habentur ad hanc rem spectantia „ Insuper juxta legem meam Salicam per „ Cultellum festucam nodatam Vantonem, & Gafonem (hoc verbum apud nos vulgari idiomate usurpatum adhuc novimus eadem significatione) terræ, „ atque ramum arboris ad ipsam basilicam exinde „ legitimam facio tradicionem & investituram, & me „ exinde foris expuli, & varpivi, & absentem me „ feci, &c. „

Diploma Ottonis III. Imperatoris Primo Episc. Aquensis concessum ex transumpto sæc. XIV.

Archiv. Capitul. Aquens.

C M X C V I.

8

In nomine sanctæ, & individue Trinitatis Otto divina favente clementia Rex. Decet, & oportet Regalem excellentiam Ecclesiarum proventibus assidue incumbere, eisque deservientibus misericorditer subvenire, ut & temporalibus augeantur suc-